



BOLETÍN ECLESIASTICO

DEL

Obispado de Astorga.

---

**SUMARIO:** Carta Encíclica de Nuestro Santísimo Padre Pío X (continuación).—Sagrada Congregación de Sacramentos.—El Centenario de los Sitios.—Descripción del Monumento de los Sitios.—Bibliografía.—Donativos para los Santos Lugares.—Suscripción diocesana para socorrer á los pueblos perjudicados por las pasadas inundaciones—Asociación Sacerdotal de Sufragios—Necrología.

---

**LITTERAE ENCYCLICAE**

VENERABILIBUS FRATRIBUS PATRIARCHIS PRIMATIBUS ARCHIEPISCOPIB  
EPISCOPIB ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS PACEM ET COMMUNIO-  
NEM CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS.

PIUS PP. X

VENERABILES FRATRES SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

(CONTINUACIÓN)

Contra qui ad Caroli exemplum, veritatis amici minimeque fallaces, salutari rerum conversioni student, hi extrema devitant, neque certos excedunt fines, quos ultra nequit instauratio ulla consistere. Etenim Ecclesiae eiusque Capiti Christo firmissime adhaerentes, non modo inde robur vitae interioris hauriunt, sed exterioris etiam actionis metiuntur modum, ut sanan-

dae hominum societatis opus tuto aggrediantur. Est autem proprium divinae huius missionis, in eos perpetuo transmissae qui Christi legatione functuri essent, *docere omnes gentes*, non solum ea quae ad credendum, sed etiam quae ad agendum pertinerent, hoc est, uti Christus edixit: *servare omnia quaecumque mandavi vobis* (1) Ipse enim est *via. veritas et vita* (2) qui venit ut homines *vitam habeant et abundantius habeant* (3). Quia vero officia illa retineri omnia duce tantum natura est difficillimum, quin etiam multo positum superius quam ut humanae vires ipsae per se consequi possint; idcirco Ecclesia magisterio suo adiunctum habet christianæ regimen societatis eiusque ad omnem sanctitatem instituendae munus dum per eos qui pro suo quisque statu et officio sese illi ministros adiutoresve praebent, apta et necessaria salutis instrumenta suppeditat. Quod plane intelligentes verae instaurationis auctores, non ii surculos, praeservandae radicis gratia, coercent, hoc est, non fidem a vitae sanctitate seiungunt, sed utramque alunt foventque halitu caritatis, quae *est vinculum perfectionis* (4). Idem, dicto audientes Apostolo, *depositum custodiunt* (5), non ut gentibus notitiam eius occulant lumenque subducant, sed quo deductos ex eo fonte veritatis ac vitae saluberrimos rivos latius recludant. In eaque copia doctrinam ad usum adiungunt, illa utentes ad praeripiendam *circumventionem erroris*. hoc ad praecepta in mores actionemque vitae deducenda. Quamobrem instrumenta omnia ad finem vel apta vel necessaria comparant, quum ad

---

(1) MATTH. XXVIII. 18, 20.

(2) IOAN. XIV, 6.

(3) IOAN. X, 10.

(4) *Coloss.* III, 14.

(5) *I Tim.* VI, 20.

exstirpationem peccati, tum *ad consummationem sanctorum, in opus ministerii, in aedificationem corporis Christi* (1). Huc sane spectant Patrum et Conciliorum statuta, canones, leges; huc adiumenta illa doctrinae, regiminis, beneficentiae omne genus; huc denique disciplina et actio Ecclesiae universa. Hos fidei virtutisque magistros intentis oculis animoque intuetur verus Ecclesiae filius, cui sua ipsius emendatio proposita est atque aliorum. His auctoribus, quos crebro memorat, in instauranda Ecclesiae disciplina nititur B rromeus; ut quum scribit: «Nos veterem sanctorum Patrum sacrorumque Conciliorum consuetudinem et auctoritatem, in primis oecumenicae Synodi Tridentinae secuti, de iis ipsis multa superioribus nostris Conciliis Provincialibus constituimus».—Idem ad consilia publicae corruptelae coercenda adductum se profitetur «et sacrorum canonum iure et sacrosanctis sanctionibus, et Concilii in primis Tridentini decretis» (2).

His non contentus, quo sibi melius caveret ne forte ab ea norma unquam discederet, a se statuta in Synodis provincialibus ita fere concludit: «Omnia et singula quae a nobis in hac provinciali Synodo decreta actaque sunt, qua debemus oboedientia et reverentia, auctoritati ac iudicio Sanctae Romanae Ecclesiae, omnium ecclesiarum matris et magistræ, semper emendanda et corrigenda subicimus» (3). Quam quidem voluntatem ostendit eo propensiolem, quo in dies magis ad actuosae vitae perfectionem grassabatur; nec solum quamdiu cathedram Petri occupavit patruus, sed etiam sedentibus, qui ei successerunt, Pio V et Gregorio XIII, quibus quemadmodum strenue suffra-

(1) *Eph.* IV, 12.

(2) *Conc. Prov.* V, Pars I.

(3) *Conc. Prov.* VI, sub finem.

gatus est ad pontificatum, sic in rebus maximis validum se socium adiunxit eorumque exspectationi cumulate respondit.

Potissimum vero ipsorum voluntati est obsequutus instruendis rebus ad propositum sibi finem idoneis, hoc est ad sacrae disciplinae instaurationem. Qua in re prorsus abfuit ab illorum ingenio, qui speciem studii fervidioris imponunt contumaciae suae. Itaque, incipiens *iudicium a domo Dei* (1), primum omnium cleri disciplinae ad certas leges conformandae animum adiecit; cuius rei causa sacri ordinis alumnorum Seminaria excitavit, sacerdotum congregationes, queis nomen *oblatis*, instituit, religiosas familias tum veteres tum recentiores adscivit, concilia coegit, quaesitis undique praesidiis coeptum opus munivit auxitque. Mox emendandi populi moribus haud remissiozem admovit manum, sibi dictum reputans quod olim prophetae: *Ecce constitui te hodie... ut evellas et destruas, ut disperdas et dissipas, et aedifices et plantes* (2). Quare bonus pastor ecclesias provinciae ipse per se nec sine magno labore lustrans, arrepta similitudine divini Magistri, *pertransiit benefaciendo et sanando* gregis vulnera, quae passim deprehenderet incommoda, sive ex inscitia sive ex neglectu legum profecta, tollere atque eradere summa ope contendit; opinionum pravitati et exundanti coeno libidinum quasi aggerem obiecit a se apertos puerilis institutionis ludos et epheborum convictus; auctas, quas in Urbe primum excitatas noverrat; consociationes Mariales; reclusa orbitati adolescentium hospitia; mulierculis periclitantibus, viduis, aliisque, tum viris tum feminis, egenis aut morbo seniove confectis, patefacta perfugia; pauperum tute-

(1) I Petr. IV, 17.

(2) IER. I, 10.

lam ab impotentia dominorum, ab iniquo fœnore, ab exportatione puerorum, aliaque id genus quamplurima. Hæc autem sic præstitit, ut ab eorum consuetudine toto cœlo abhorreret, qui, in renovanda suo marte christiana republica, omnia cient agitantque vanissimo strepitu, divinæ vocis immemores: *non in commotione Dominus* (1).

Hac nempe altera nota, prout vos experiendo didicistis, Venerabiles Fratres, veri nominis instauratores distinguuntur a fictis, quod illi *quæ sua sunt quaerunt, non quæ Iesu Christi* (2), pronisque auribus excipientes insidiosa dicta ad Magistrum divinum olim conversa: *manifesta teipsum mundo* (3), superbas iterant voces: *Faciamus et ipsi nobis nomen*. Cuius temeritatis causa, quod etiam nunc fieri sæpe dolemus, *cecidere sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in proelium* (4).

Contra qui societati hominum ad meliora deducendæ sincero animo studet, is *non propriam gloriam quaerit, sed gloriam eius qui misit eum* (5); seque ad Christi exemplum conformans, *non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius;— non erit tristis neque turbulentus* (6), sed *mitis et humilis corde* (7). Hic et probatus Deo erit et salutis fructus consequetur amplissimos.

In eo quoque secernuntur alter ab altero, quod ille, humanis tantum innixus viribus *confidit in homine et ponit carnem brachium suum* (6); hic vero fiduciam omnem in Deo collocat; ab Ipso et a supernis opibus

( ) III Reg. XIV, 11.

(2) Philip. II, 21,

(3) IOAN. VII, 4.

(4) I MACHAB. V, 57, 67.

(5) IOAN, VII, 18.

(6) IER. XVII, 5.

vim omnem et robur exspectat, iterans Apostoli verba: *Omnia possum in eo qui me confortat* (1).

Has opes, quarum uberem copiam Christus effudit, vir fidelis in media quærit Ecclesia ad communem salutem, in primisque precandi studium, sacrificium, sacramenta, quæ fiunt *quasi fons aquae salientis in vitam aeternam* (2). Ea omnia inique ferentes qui, transversis itineribus et posthabito Deo, ad instaurationis opus contendunt, nunquam desinunt haustus illos purissimos, sin funditus exsiccare, at certe turbulentos facere, ut christianus grex inde arceatur. Qua in re profecto turpius agunt recentiores ipsorum asseclae, qui speciem quandam religionis nobilioris adhibentes, adminicula illa salutis pro minimo ducunt habentque ludibrio, præsertim sacramenta duo, quibus aut admissa pœnitentium expiantur, aut cælesti dape roboratur animus. Quapropter optimus quisque summo studio curabit, ut collata tanti pretii dona maximo in honore habeantur, neve patietur in utrumque divinæ aritatis opus hominum studia restringui.

(*Se continuará*)

---

## S. CONGREGATIO DE SACRAMENTIS

### GOANA ET ALIARUM.

DUBIA CIRCA DECRETUM DE SPONSALIBUS ET MATRIMONIO

Vi legunt inter Apostolicam Sedem et Regem fidelissimum Lusitaniæ concordatarum, circa exercitium iuris regii patronatus in nonnullis diœcesibus Indiarum Orientalium, sancitum fuit ut quoad plures fideles iurisdictio quorundam Ordinariorum ea in regione sit

---

(1) *Philip.* IV, 13.

(2) *IOAN.* IV, 14.

personalis, non solum quia præfatis Ordinariis data est iurisdictio exclusiva et exempta in certa loca extra territorium continuum propriæ diœcesis et intra territorium alterius diœcesis sita, sed etiam quia ob factam mutationem domicilii ab una diœcesi in aliam, iurisdictio sui cuiusque Ordinarii in subditum migrantem non amittitur. Et quod attinet etiam ad matrimonia ineunda, in comitiis S. C. de Prop. Fide una cum S. Congregatione Ecclesiasticis negotiis extraordinariis præposita, die 11 septembris 1887, ad dubium VI: «Utrum quoad parochialia, baptismos, matrimonia, communionem Paschalem, Extremam Unctionem et S. Viaticum exemptis (in Archidiœcesi Bombayensi) liberum sit, si velint, recurrere ad Ordinarium loci vel sacerdotes eius, ommissa quaestione de exemptione renuntianda», responsum fuit: «Negative»; et hæc atque aliæ eiusmodi decisiones deinde ad omnes diœceses duplicis iurisditionis extensæ fuerunt.

At memorata circa parochialia personalis et exclusiva iurisdictio iis in diœcesibus impediri videtur, quoad matrimonia, ex edito Decreto *Ne temere, De sponsalibus et matrimonio*, iuxta quod iurisdictio Ordinariorum et parochorum, circa adsistentiam matrimoniis præstandam, facta est omnino territorialis.

Re quidem vera quoad parochos qui in territorio aliis parochis assignatos subditos sibi habent, decisum est etiam á S. C. Conc. in *Romana et aliarum, Dubiorum circa decretum de sponsalibus et matrimonio*, die 1.º Februarii 1908, eos valide matrimoniis subditorum adsistere; nam proposito dubio IX: Ubinam et quomodo parochus, qui in territorio aliis parochis assignato nonnullas personas vel familias sibi subditas habet, matrimoniis adsistere valeat», responsum fuit: «Affirmative, quoad suos subditos tantum, ubique in dicto territorio, facto verbo cum Sanctissimo». Sed hæc re-

solutio, quoad tum validitatem cum liceitatem, iuribus parochorum territorialium officere non videtur; qui ideo, iuxta cit. decretum *Ne temere*, valide semper in propria parœcia, et licite quoque, præhabita menstrua alterutrius contrahentis commoratione, matrimoniis fidelium etiam exemptorum adsistere videntur

Quapropter cum quaestio de præfata duplici iurisdictione in Indiis Orientalibus, quod spectat ad novas dispositiones decreti *Ne temere*, orta fuerit inter Archiepiscopum Bombayensem et Episcopum Damanensem, in generali conventu S. C. Conc. habito die 27 Iulii 1908 in *Romana et aliarum*, propositum est dubium VIII: «Utrum subditi diœcesis Damanensis, in diœcesi tamem Bombayensi commorantes, et e converso subditi diœcesis Bombayensis degentes in diœcesi Damanensi, ut validum et licitum ineant matrimonium, teneantur se sistere dumtaxat coram parocho personali, vel possint etiam coram parocho territorii»; cui dubio EE. PP. responderunt: *Dilata*,

Verum tum hodiernus Archiepiscopus Goanus, Patriarcha omnium Indiarum Orientalium honoris causa, nomine etiam Ordinariorum Provinciæ Ecclesiasticæ Goanæ, tum, ex altera parte, præfatus Archiepiscopus Bombayensis ab H. S. C. iteratis precibus petiverunt ut quaestio dirimeretur; et Goanus Archiepiscopus notitias quoque locorum et personarum exposuit, pro quibus duplex iurisdicção viget: ideoque, ut mens erat S. Congregationis Concilii, quaestio quoad omnes eius generis diœceses in Indiis Orientalibus suscepta est definienda.

Ad quam rem in plenario conventu huius S. C. de disciplina Sacramentorum, habito die 27 mensis Maii 1910 sequens dubium solvendum propositum fuit:

*Utrum degentes in locis Indiarum Orientalium in quibus viget duplex iurisdicção, ut validum et licitum ineant*



*matrimonium, teneantur se sistere dumtaxat coram parrocho personali, vel possint etiam coram parrocho territorii.*

Et Emi. ac Rmi. Patres re mature perpensa, proposito dubio respondendum censuerunt:

*Attentis peculiaribus circumstantiis in casu concurrentibus, affirmative ad 1.<sup>am</sup> partem, negative ad 2.<sup>am</sup>, facto verbo cum SSmo.*

Facta autent SSmo. relatione de omnibus a R. P. D. Secretario eiusdem S. C., in audientia diei 29 Maii 1910 Sanctitas Sua Emorum. Patrum decissionem approbare et confirmare dignata est.

Datum ex aedibus S. C. de disciplina Sacramentorum, die 2 mensis Iunii anno 1910.

D. CARD. FERRATA, *Praefectus.*

L. ✠ S.

Ph. Giustini, *Secretarius.*

---

## El Centenario de los Sitios.

---

Con solemnidad y brillantez extraordinarias, sin una sola nota discordante, como fundadamente esperábamos, vienen celebrándose, gracias á Dios, en nuestra querida Ciudad las fiestas del primer centenario de sus sitios gloriosísimos. Astorga puede estar satisfecha: su hoy es digno de su ayer, y así habrán de reconocerlo con orgullo las generaciones venideras.

Las funciones religiosas celebradas en nuestra hermosa Iglesia Catedral con asistencia de todas las Autoridades locales, del Delegado Regio y de las representaciones de fuera que vinieron á honrar á nuestros héroes, la inauguración del

artístico monumento levantado á la memoria de los bravos defensores de Astorga; el acto grandioso y conmovedor de recibir en la Ciudad los gloriosos restos de D. José M.<sup>a</sup> de Santocildes y de trasladarlos á la Casa de Ayuntamiento en cuya sala Capitular, convertida en Capilla ardiente, estuvieron expuestos por espacio de veinticuatro horas; las honras fúnebres que por el eterno descanso del alma del valiente General se celebraron en nuestro primer templo; la inauguración del Grupo Escolar, el festival de la Cruz Roja, las instructivas conferencias y amenísimas veladas que han tenido lugar en estos días, han sido otras tantas solemnidades que nos obligan á exclamar con la mas viva complacencia: las épicas hazañas realizadas en 1810 por los heróicos moradores de Astorga en defensa de la religión y de la independencia nacional, están conmemorándose por los astorganos de 1910 de un modo verdaderamente digno y decoroso, cual debe hacerlo un pueblo noble y generoso amante de sus pasadas grandezas, de las glorias legendarias de sus mayores y de su dignidad presente, cual corresponde á un pueblo que tiene conciencia de su brillante historia.

El año de 1910 será de imperecederos recuerdos, como lo es ya el de 1810: éste por la gloria de que á Astorga coronaron sus hijos y por las virtudes con que la ilustraron ante el mundo entero; aquel por la grandeza del solemne y público homenaje con que los astorganos de hoy han honrado á sus hermanos de ayer y dado á las generaciones que han de venir el más alto y elocuente ejemplo de nobleza de sentimientos, de dignidad y de patriotismo.

Llor al pueblo querido que con su delirante entusiasmo está siendo causa del éxito de nuestras fiestas.

Mil plácemes á todas las Autoridades y á la Junta del Centenario que con el mayor acierto han sabido vencer todas las dificultades con que fué preciso luchar.

Gratitud y cordialísima enhorabuena al preclaro hijo adoptivo de Astorga que, como está en la conciencia de todos y pregonan sin distinción todas las lenguas, ha sido el alma y la vida del Centenario: al Excmo. y Rvmo. Sr. D. Julian de Diego y Alcolea, nuestro amadísimo Prelado.

---

## El Monumento de los Sitios

---

### DESCRIPCIÓN

De una plataforma de granito, sóbria de adornos, arranca un *podium* robusto en cuya meseta el bronce y la piedra sirven de cuerpo al espíritu de esta composición. El Aguila Imperial, que con sus enormes alas pretendió cegar el sol para el Continente Europeo, yace agonizante bajo el zarpazo letal del robusto León, símbolo inmortal de nuestra raza vigorosa. La reina de los aires en la suprema contorsión, yergue su curvo pico acerado como si quisiera recoger en las fauces del León, aliento para eludir la muerte que le subyuga.

En la cara anterior del *podium*, sobre una plancha de marmol pórvido, un medallón de bronce ostenta en relieve la efigie del héroe. En la cara posterior, armónica con la anteriormente descrita, sobre igual plancha, centrean, también en bronce, las armas de

la gloriosa Ciudad de Astorga, cuyo nombre se graba en el colosal Arco de Triunfo de la Elvile de los Campos Eliseos de París. En los lados laterales del Monumento, guardan impolutas sendas láminas de marmol, donde se leen en letras de oro las leyendas y nombres de los que perecieron por la independencia consiguiendo el galardón de héroes.

En la mitad de su altura, ciñe el *podium* una banda ornamental de bronce, cuya composición la forman hojas de laurel símbolo de gloria. El remate almenado del *podium* para evitar la prolijidad abrumadora, que además no suele ser muy apta para la lucha contra los tiempos, solo lleva sobre los cuatro ángulos los cuatro cuarteles del escudo patrio labrados en perenne piedra.

---

## BIBLIOGRAFIA

---

Con el título de ANTOLOGIA LATINA ha publicado el Profesor de nuestro Seminario Conciliar don Cancio E. Gutierrez, una obra que tenemos por cierto ha de producir incalculables beneficios á cuantos la utilicen. Pues del examen que hemos hecho del ejemplar que tenemos á la vista, deducimos las siguientes observaciones:

1.<sup>a</sup> La edición, hecha en papel verjurado muy superior al que suelen tener obras de esta clase, es *limpia, clara* y está esmeradamente *corregida*.

2.<sup>a</sup> Forma un solo volumen de XVI—504 páginas, distribuidas en *cuatro* partes con el título de *libros*, correspondientes á los cuatro años que suelen dedicarse al estudio del idioma latino. Cada uno de los cuatro libros tiene una extensión proporcionada á lo

que en cada uno de los cursos á que se destina, debe de estudiarse; pudiendo desde el segundo repetirse los anteriores.

3.<sup>a</sup> Se han reunido en este solo volumen obras enteras y trozos que forman un todo perfecto en su género, pertenecientes á 34 autores que representan lo más saliente de la literatura latina desde los primeros tiempos de Roma, hasta nuestros días; sobresaliendo los del siglo de oro, y entre estos, Cicerón, cuyas obras suministran cerca de la tercera parte de los materiales de la en que nos ocupamos, Tito Livio, Salustio y Cesar, prosistas; y Virgilio, Horacio y Ovidio, poetas.

4.<sup>a</sup> Se guarda admirable orden en la colocación de tan variadas piezas; principiando la obra por ejemplos sencillos de oraciones simples.

5.<sup>a</sup> Se suprimen natas innecesarias y en vez de ellas preceden á cada período, párrafo ó sección epígrafes en que de modo sintético se expresa el pensamiento de lo que se propone para traducir.

6.<sup>a</sup> El autor ha procedido con laudable escrupulosidad, para que no se deslizase en la obra un solo concepto de moralidad dudosa, y al efecto, sin perjuicio de la pureza y corrección del estilo, ha *mutilado, corregido y arreglado* cuanto pudiera ser ocasión de escándalo para los jóvenes.

7.<sup>a</sup> Las tres secciones correspondientes al principio de los tres últimos libros, forman un tratado de Teología natural y Filosofía moral, de grandísima utilidad para los que lo estudien, no sólo en los años destinados al Latin, sinó después y por toda la vida. No dudamos afirmar que en este tratado, que supone un trabajo de largo tiempo y suma diligencia, ha reunido el compilador lo mas selecto de la filosofía de la antigüedad pagana, admirablemente expuesto en las obras filosóficas de Cicerón.

8.<sup>a</sup> Y por último; la obra con tener condiciones de fondo y de forma que la hacen evidentemente preferible á las de su clase que hasta el presente servían para el estudio de Latin, véndese con elegante y segura encuadernación en media pasta por la *mitad* del precio de las que se usan en nuestros Seminarios.

Depósito y único punto de venta en esta diócesis, Librería de D. MAGIN REVILLO.—*Postas 11.*—ASTORGA.

## Donativos para los Santos Lugares.

Ecónomo y fieles de Galende, 7 pesetas.—Coadjutor é id. de Palazuelo de Orbigo, 2'10.—Id. é id. de Valdespino de Somoza, 3'70.—Id. é id. de Rionegro del Puente, 4.—Coadjutor é id. de Ilanes y Rabanillo. 6.—Regente é id. de Gavilanes, 4'15.—Id. é id. de Molinaseca, 6.—Párroco é id. de Micereces de Tera, 4'50.—Id. é id de Quintana del Marco, 5.—Regente é id. de Audanzas, 2.—Párroco de la Antigua, 2.—Id. de Folgoso de la Ribera, 2'50.—Id. é id. de Castropodame, 1'50.—Ecónomo á id. de Morales de Valverde, 6.—Párroco é id. de Azares, 1.—Ecónomo é id. de Prímou (del año anterior) 5.—Seminario Conciliar de Astorga, 7'55.—Párroco é id. de Foncebadón, 3'30.—Id. é id. de Valdesamario, 3.—Id. é id. de la Rua, 38'25.—Ecónomo é id. de Santa Colomba de Somoza, 11'20.—Párroco é id. de Villanueva de Valdueza, 4'75.—Id. é id. de San Esteban de Valdueza, 4'50.—Id. é id. de Otero de Ponferrada, 1'25.—Id. é id. de Pombriego, 1.—Coadjutor é id. de Yebra, 1'50.—Párroco de San Clodio, 7.—Ecónomo é id. de Brazuelo, 1'25.—Un devoto, 0'75.—Párroco é id. de Viñales, 2'75.—Id. é id. de Ribera de Bembibre, 5'60.—Id. é id, de Rodanillo, 7.—Id. é id. de

Losada, 9'35.—Regente de San Justo de la Vega, 3'50.—  
 Fieles del mismo, 1'50.—Párroco y fieles de Benavides,  
 8'50.—Id. é id. de Barrientos, 9.—Id. é id. de Nistal, 5.—  
 Regente é id. de Alvares, 3'25.—Párroco é id. de Navia-  
 nos de la Vega, 5.—Coadjutor é id. de la Nora, 5'50.—  
 Ecónomo Coadjutor y fieles de Alija, 5.—Párroco y fieles  
 de Rionegro del Puente, 5.—Id. é id. de Garrapatas, 4.—  
 Id. é id. de Valleluengo, 2'50.—Párroco, Coadjutor y fie-  
 les de Corullón, 5.—Párroco y fieles de Toral de los Va-  
 dos, 10.—Id. é id. de Valtuille de Arriba, 3'60.—Económo  
 y fieles de Villarejo de Orbigo, 3'75.—Ecónomo Coadjutor  
 y fieles de Puebla de trives 22.—Párroco y fieles de Colinas  
 de trasmonte, 3.—Ecónomo y fieles de Mozar, 1'80.—Coad-  
 jutor y fieles de Villanazar, 2'10.—Párroco y fieles de  
 Odollo, 3'50.—Regente y fieles de Baillo 3.—Párroco y  
 fieles de Vecilla de la Vega, 4'55.—Párroco y fieles de  
 Ayoo de Vidriales, 2'25.—Párroco y fieles de Sta. Marina  
 del Rey, 16.

*Se continuará.*

---

## SUSCRIPCIÓN DIOCESANA

**para socorrer á los pueblos perjudicados  
 por las pasadas inundaciones.**

*(Continuación)*

Ecónomo y fieles de Pubblica de Valverde, 72 pese-  
 tas.—Pco. é id. de Cesuris, 13'15.—Id. é id. de Arganza,  
 26.—Coadj. é id. de Cernado, 13'25.—id. é id. de Par-  
 dollán y Villardesilva, 11.—Pco. é id. de Finolledo, 15.  
 —Coadj. é id. de Arcos y Marco, 30.—Pco. é id. de San  
 Pedro Pegas, 11'25.—Id. é id. de Tremor de Abajo, 2.—  
 Id. é id. de Almagarinos, 2.—D. José M. Mansilla, de  
 Villaverde de los Cestos, 3'15.—Regente é id. de Villa-

verde de los Cestos, 9'85.—Ecónomo y fieles de Silván, 20.—Id. é id. de Vega de Espinareda, 2.—Un particular, 1.—Coadjutor é id. de Villar de los Pisones y Rio-negríto, 5'50.

Coadjutor y fieles de Piñeiro y Tremiñana, 5'50.—Id. de Boisán, 1'25.—Ecónomo y los niños del Catecismo de Castrogonzalo, 25.—Ecónomo de Congosto Coadjutor de Posada y fieles, 35.—Coadjutor y fieles de Sesnande, 29'40.—Pco. de Edreira y Meijid, 13.—Regente de Sta. Marta de Tera, 2.—Pco. y fieles de Maire de Castroponce, 14.—Regente y fieles de Cional, 30.—Pco. é id. de Rozas, 5.—Id. é id. de Morerueta ds Tábara, 53.—Id. é id. de San Román de los Caballeros, 5.—Tres fieles de la Parroquia de Sta. Marta de Astorga, 4.—Párroco y fieles de Cernego, 8.

---

## ASOCIACIÓN SACERDOTAL DE SUFRAGIOS

### *Relación de Señores Asociados.*

- D. José Alonso Silva, Coadjutor de Villafranca del Bierzo.  
» Melchor Abad González, Id. de San Román de la Vegar

---

## NECROLOGÍA

El 12 de Agosto último falleció el Presbítero don Manuel Fernández Fidalgo, Ecónomo de Cirujales (Omaña). Pertenece á la Asociación Sacerdotal de Sufragios y tenía acreditado el cumplimiento de misas; hace el número 19 de los Hermanos difuntos.—R. I. P.